



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta**

**Gallemart, Jean**

**Coloniæ Agrippinæ, 1621**

Canones de baptismo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39157**

*Sessio VII. De Sacram.*

77

mentos en commun. cap. 6. concl. 13. P. Aegid. de Sacram. quæst. 64. art. 8. dub. 1. num. 62. P. Valeri. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 26. 2. num. 36.

**CANON XII.** Vide cap. Multi, cap. Significati, cap. Dominus, cap. Christus, i. quæst 1. P. Henr. in sum. lib. 1. cap. 29. Petr. Lefevre in sum. p. 1. tract. de Eucharist. cap. 9. concl. 8. Cened. ad Decretum collect. 39. nu. 3. Sayt. de Sacram. in gener. lib. 5. cap. 4. pag. 491. P. Vasquez in 3. p. D. Thomæ, tom. 2. disput. 137. nu. 18. P. Aegidi. de Sacram. quæst. 64. art. 5. & q. 82. num. 34. Valerii. Regin. in praxi fori pœnit. lib. 26. num. 34.

**CANON XIII.** Vide P. Aegid. de Sacram. quæst. 66. num. 99. & q. 71. num. 3. P. Valer. Regin. in praxi fori pœnit. lib. 26. num. 10. & num. 28. cum seq. Petr. Lefevre in sum. p. 1. tract. de Baptismo, c. 12. concl. ylt. in fine.

**D E A BAPT I S M O.**

**C A N O N   C   r.**

Si quis dixerit, a Baptismum Ioannis habuisse eandem <sup>a. Ang. Enchiridij, c. 49.</sup> vim cum Baptismo Christi; anathema sit.

<sup>b. c. pan. de Bapt. Iean. 3.</sup>  
<sup>c. filius. &c.</sup>  
<sup>non regenerabantur. da conf. dist. 4.</sup>  
<sup>d. c. pan. de Bapt. Iean. 3.</sup>  
<sup>e. non dubito. de conf. dist. 4.</sup>

**C A N O N   Y   II.**

Si quis dixerit, b aquam veram & naturalem non esse de necessitate Baptismi, atque ideo verba illa Domini nostri Iesu Christi, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, ad metaphoram aliquam detorserit; anathema sit.

**C A N O N   3   III.**

Si quis dixerit, c in Ecclesia Romana, quæ omnia Ecclesiarum mater est & magistra, non esse veram de Baptismi Sacramento doctrinam; anathema sit.

<sup>c. c. non decet.</sup>  
<sup>12. dist. c. n. ab olendam.</sup>  
<sup>d. hares.</sup>

**C A N O N   2   IV.**

Si quis dixerit, d Baptismum, qui etiam datur ab hereticis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, non esse verum Baptismum; anathema sit.

<sup>d. Cone. Flora in decreto Eugenij. c. di- cl. 1. q. quod vero. c. 2. cap. seq. 1. q. 1</sup>

**C A N O N   3   V.**

Si quis dixerit, e Baptismum liberum esse, hoc est, non necessarium ad salutem; anathema sit.

<sup>e. Iean. 3. c. nulla præter de i. 6. dij. 4.</sup>

**C A N O N**



## CANON VI.

Si quis dixerit, baptizatum non posse, etiam si velit, grā-  
tiam amittere, quantumcunque peccet, nisi nolit credere;  
anathema sit.

## CANON VII.

a Sie. ad Gal.  
Cap. 5. dicit  
Paulus, Te-  
ficer omni  
homini, &c.

Si quis dixerit, <sup>a</sup>baptizatos per Baptismum ipsum so-  
lius tantum fidei debitores fieri, non autem vniuersæ le-  
gis Christi seruandæ anathema sit.

## CANON VIII.

Si quis dixerit, baptizatos liberos esse ab omnibus san-  
ctæ Ecclesiæ præceptis, quæ vel scripta vel tradita sunt, ita-  
vt ea obseruare non teneantur, nisi se sua sponte illis sub-  
mittere voluerint; anathema sit.

## CANON IX.

Si quis dixerit, ita reuocando esse homines ad Baptil-  
mi suscepiti memoriam, vt vota omnia, quæ post Baptismum  
funt vi promissionis in Baptismo ipso iam factæ, ir-  
rita esse intelligent, quasi per ea & fidei, quæ professi sunt,  
detrahatur, & ipsi Baptismo; anathema sit.

## CANON X.

Si quis dixerit, peccata omnia, quæ post Baptismum  
funt, sola recordatione & fidei suscepiti Baptismi vel di-  
mitti, vel venialia fieri; anathema sit.

## CANON XI.

Si quis dixerit, verum & ritè collatum Baptismum ite-  
randum esse illi, qui apud infideles fidem Christi negaue-  
tit, cùm ad pœnitentiam conuertitur; anathema sit.

## CANON XII.

Si quis dixerit, nēminem esse baptizandum, nisi ea æta-  
te, qua Christus baptizatus est, vel in ipso mortis articulo;  
anathema sit.

## CANON XIII.

b Aug. lib. 5.  
de pec. met.  
de rem. c. 9.  
& lib. 3. c. 2.

Si quis dixerit, parvulos, eò quod actum credendi non  
habent, suscepito Baptismo b inter fideles computandos  
non esse; ac propterea, cùm ad annos discretionis pertie-  
nerint, esse rebaptizandos; aut praestare omitti eorum  
Baptis.

Baptisma, quām eos non actu proprio credentes baptizati in sola fide Ecclesiae; anathema sit.

## CANON o. XIV.

Si quis dixerit, huiusmodi parvulos baptizatos, cū adoleuerint, interrogandos esse, an ratum habere velint, quod patrini eorum nomine, dum baptizarentur, polliciti sunt: & vbi nolle responderint, suo esse arbitrio relinquentos; nec alia interim pena ad Christianam vitam cogendos, nisi ut ab Eucharistiæ aliorumq; Sacramentorum perceptione arceantur, donec resipiscant; anathema sit,

## DECLARATIONS.

Can. 3. ibi *Veram de Baptismi.* Ceremonię suppladā sunt in baptizatis a Calvinistis, etiam in adultis, praevia abiurazione hæresis & conciliacione.

Can. 4. ibi, *Ab hereticis.* J.S.D.N. Pius V. probauit sententiam Congregationis Concilij dicentis Calvinistarum Baptismum, verum esse, & ideo baptizati ab eis, non sunt iterum baptizandi: nō enim Calvinistæ discesserunt ab Ecclesia circa baptismum, proinde adhuc servant formam Ecclesiae, sed non reliqua solemnia.

## REMISSIONES.

**V**ide Magist. & Theol. in 4. dist. 3. Pet. Sot. de instit. Sacerd. lect. r. de Baptismo, Ledel. 1. 4. p. 7. Toled. de instr. Sacerd. lib. 2. cap. 18. Card. Bellarm. tom. 2. lib. vnic. de Bap. P. Henr. in sum. p. 1. lib. 2. P. Soar. to. 3. de Sacram. à q. 66. P. Vasquez in 3. p. D. Thom. tom. 2. disp. 140. cum seqq. Bald. Iun. super opera controuer. Bellar. p. 2. lib. 2. cap. 1. Perr. Ledel. in sum. p. 1. tract. de Baptismo, Viual. in Candelabro Aureo de Sacram. tit. de Baptismo. P. Valeri. Reginald. in praxi fori. pœn. lib. 27. princ. P. Aegid. de Sacram. & censur. q. 66. plures Doctores refert Carilh. in tabulis tit. de Sacram. Baptif.

**P** CANON I. Concordat D. August. in Enchirid. c. 49. cap. aliud, c. non regenerabantur, de consecrat. dist. 4. V. Bald. Iunium super opera controuer. Bellarm. p. 2. lib. 2. cap. 3. prope finem.

**Z** CANON II. Vide c. pen. de Baptismo, c. filius, & cap. non dubito. de consecrat. dist. 4. Nati. in man. c. 12. num. 5. & 6. Bellar. lib. vnic. de Baptismo c. 4. Henr. in sum. lib. 2. c. 6. P. Soar. tom. 3. q. 66. art. 4. disp. 20. lect. 1. Bald. Iunium super opera controuer. Bellar. lib. 2. c. 1. vers. De materia Baptismi p. 2. P. Valer. Reginald. in praxi fori pœn. lib. 27. num. 10. P. Aegid. de Sacram. q. 66. num. 20.

## CANON

80 Concil. Trid. cum Declarat. & Remiss.

2 CANON III. Ibi (qua omnium Ecclesiarum mater est.) Concordia texti in cap. i. dist. 12. cap. rogamus 24. quæst. 1. cap. fin. de Extrema vñct. & inter alias primatum obtinet, cap. quamvis 21. dist. cap. omnes, cap. Sacrosancta 22. dist. Cou.lib. 4. Vari. cap. 14. num. 11. Bannes in 2. 2. D. Thomæ quæst. 1. art. 10. concil. 5. D. Mart. de Iurisd. p. 1. cap. 13. à num. 19. Cardin. Thys. tom. 7. lit. R. concil. 163. Cardin. Mantic. de coniectur. vñct. volunt. lib. 8. tit. 6. num. 4. in princip. Iacob. de Graffis tom. 2. confil. lib. 3. tit. de clericis non resid. confil. numer. 4. Pat. Valeri. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 1. num. 22. Et Paulin. Berti Lucens. in praxi criminali Regular. tit. 2. cap. 14. numer. 4.

3 CANON IV. Vide P. Henr. in sum. lib. 1. c. 28. à princip. & lib. 2. cap. 28. §. 2.

4 CANON V. Vide Sayr. de Sacram. in genere lib. 6. c. 4. q. 1. vers. Est quidem Baptismus. P. Ægid. de Sacram. tom. 1. q. 68. num. 6. P. Valeri. Regin. in praxi fori pœnit. lib. 27. num. 7.

5 CANON VI. Vide P. Henr. in sum. lib. 1. cap. 12. §. 6. pag. mihi 44. P. Vasquez in 3. p. D. Thomæ. tom. 2. disput. 156. num. 63. 11. fine Perr. Ledelin. p. p. de Baptismo cap. 8. concil. 1.

6 CANON VII. Vide Perr. Henr. d. §. 6. lit. T. Cardin. Bellar. lib. vnic. de Baptismo. cap. 15. P. Vasquez. d. disp. 156. num. 68.

7 CANON VIII. Vide Bellarm. lib. vnic. de Baptismo. cap. 16. lib. 2. de Sacram. cap. 29. P. Henr. d. §. 6. lit. V. P. Vasquez d. disp. 156. num. 69.

8 CANON IX. Vide P. Vasquez d. disput. 156. num. 70.

9 CANON X. Vide Bellarm. lib. vnic. de Baptismo. cap. 18. & lib. 1. de pœnit. cap. 11. col. antepen. & cap. 12. cum duobus seqq. P. Henr. in sum. lib. 4. cap. 1. in proœm. §. 4. lit. B. P. Vasquez d. disp. 156. num. 75.

10 CANON XI. Vide Sebast. Medices in summa omnium hæresum, in sexta hæresi pag. 69. Repertor. Inquisit. verbo Baptismus vers. Sed iteratio. P. Vasquez in 3. p. D. Thom. tom. 2. disp. 146. num. 6. plures refert Cened. ad Decretum. collect. 63.

11 CANON XII. Vide P. Vasquez in 3. p. D. Thomæ. tom. 2. disp. 154. num. 3.

12 CANON XIII. Vide P. Henr. in sum. lib. 1. cap. 17. §. 5. lit. H. & I. & lib. 2. cap. 15. §. 2. lit. D. Balduin. Iunium super opera controver. Bellarm. p. 2. lib. 2. cap. 2. vers. De prima quæst. P. Ægidi. de Sacramento. 1. quæst. 68. art. 9. num. 58. P. Valeri. Regin. in praxi fori pœnit. lib. 27. num. 14.

13 CANON XIV. Vide P. Henr. in sum. lib. 2. cap. 15. §. 2. lit. E. & c. 24. §. 1. lit. B. P. Vasquez in 3. p. D. Thom. tom. 2. q. 68. disp. 154. num. 3. Perr. Ledelin. p. p. de Baptif. c. 8. concil. 9.

DE